

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Seneca Lucilio suo salutem.

- 1 In ipsa Scipionis Africani villa iacens haec tibi scribo, adoratis manibus
2 eius et ara, quam sepulchrum esse tanti viri suspicor. animum quidem eius in
3 caelum, ex quo erat, redisse persuadeo mihi, non quia magnos exercitus duxit
4 (hos enim et Cambyses furiosus ac furore feliciter usus habuit), sed ob
5 egregiam moderationem pietatemque, quam magis in illo admirabilem iudico, cum
6 reliquit patriam quam cum defendit. aut Scipio Romae esse debebat aut Roma in
7 libertate. 'nihil' inquit 'volo derogare legibus, nihil institutis; aequum
8 inter omnes cives ius sit. utere sine me beneficio meo, patria. causa tibi
9 libertatis fui, ero et argumentum: exeo, si plus quam tibi expedit crevi.'
10 quidni ego admirer hanc magnitudinem animi, qua in exilium voluntarium se-
11 cessit et civitatem exoneravit? eo perducta res erat, ut aut libertas Scipioni
12 aut Scipio libertati faceret iniuriam. neutrum fas erat; itaque locum dedit
13 legibus et se Liternum recepit tam suum exilium rei publicae inputaturus
14 quam Hannibalis.
15 Vidi villam extructam lapide quadrato, murum circumdatum silvae, turres quoque
16 in propugnaculum villae utrimque subrectas, cisternam aedificiis ac viridibus
17 subditam, quae sufficere in usum vel exercitus posset, balneolum angustum,
18 tenebricosum ex consuetudine antiqua: non videbatur maioribus nostris caldum
19 nisi obscurum. magna ergo me voluptas subiit contemplantem mores Scipionis ac
20 nostros: in hoc angulo ille 'Carthaginis horror', cui Roma debet, quod
21 tantum semel capta est, abluebat corpus laboribus rusticis fessum. exerce-
22 bat enim opere se terramque, ut mos fuit priscis, ipse subigebat. sub hoc
23 ille tecto tam sordido stetit, hoc illum pavementum tam vile sustinuit: at
24 nunc quis est, qui sic lavari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi
25 parietes magnis et pretiosis speculis refulserunt, nisi vitro absconditur
26 camera, nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas
27 nostras circumdedit, in quas multa sudatione corpora exsaniata¹ demittimus.
28 et adhuc plebeias piscinas loquor: quid cum ad balnea libertinorum pervenero?
29 In hoc balneo Scipionis minimae sunt rimae magis quam fenestrae muro lapideo
30 exsectae, ut sine iniuria munimenti lumen admitterent; at nunc balnea totius
31 diei solem fenestris amplissimis recipiunt, ut et laventur simul et colorentur,

¹ **exsaniata** = entschlackt

32 ut ex solio agros ac maria prospiciant. hoc loco dicet aliquis: 'non invideo

Frühjahr 1992

- 2 -

33 Scipioni: vere in exilio vixit, qui sic lavabatur. liquet mihi immundissimos
34 priscos fuisse.' quid putas illos oluisse? militiam, laborem, virum.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z.13f. ... **tam suum exilium rei publicae inputaturus quam Hannibalis.**

- a) Welche Funktion hat das Partizip Futur in diesem Kolon?
- b) Wie würde der in diesem Kolon enthaltene Gedanke als
vollständig ausgeführter lateinischer Satz lauten können?

2. Z.20f. **Roma ... tantum semel capta**

Welches Ereignis ist hier gemeint?

3. Z.28 **balnea libertinorum**

Nennen Sie aus der lateinischen Literatur sonstige Beispiele für Kritik am Lebensstil von Freigelassenen!